

17

(10)

Generalprüfung

f



6

Ad
Requiritur
MONUMENTUM
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
JOHANNI GEORGIO IV.

Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, nec non
Angriae & Westphaliae, S. R. I. Electori & Ar-
chi-Marschallo &c. &c.

GLORIOSISSIMAE BEATISSIMAEQUE MEMORIAE

IN LYCEO TORGENSI

d. Julii M. DC. XCIV.

exigendum

Nec non

ad

VOTA ET GRATULATIONES

DE FELICISSIMA SUCCESSIONE

NOVI PATRIS PATRIAE

SERENISSIMI, POTENTISSIMIQUE PRINCIPIS
AC DOMINI,

DN. FRIDERICI
AUGUSTI,

Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut & Angriae & West-
phaliae, S. R. I. Electoris & Archi-Marschalli, Burggravii Magdeburgensis,
Landgravii Thuringiae, Marchionis Misniae, nec non utriusque
Lusatiae, Comitis de Marca, Ravensburgo &
Barby, Dynastae in Ravenstein, &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI NOSTRI LONGE
CLEMENTISSIMI,

DOMINOS SCHOLARUM PATRONOS,

FAUTORES ATQUE AMICOS

Ea, quae par est, observantia

invitat

M. GOTHOFREDUS *Steinbrecher*

Rector ibid.

TORGAE,

Typis JOHANNIS ZACHARIAE HEMPI.



Pulcherrimè Æschines contra Ctesiph. καλίστην, inquit, ἐκ παλαιῶν εἰρημῶν, pulcherrimum ex sapientia Schola pettum vocabulum est, μὴ μνηστικῶν rerum malè gestarum non meminisse. Ut enim meritorum memoria sempiterna, ita malè actorum brevissima esse debet, quò amicitia immortalis sit, inimicitia mortalis, dicente Tullio. Hinc Themistoclem idem refert l. 2. de Orat. cuidam, artem memoriæ profitenti dixisse: gratius illum sibi facturum, si se oblivisci, quæ vellet, quàm si meminisse doceret. Cui ignota est illa encomiis dignissima Lex αὐνησίας seu Oblivionis, Atheniensibus olim jurejurando sancita, cujus encomia ipse Cicero in Oratione Dionii lib. 44. descripta, cujus & Vellejus libr. 2. cap. 58. meminit, disseruit. Posteaquam enim duo potentissimi Græciæ populi, Lacedæmonii & Athenienses, bello tutius nihil rati, quiete nihil periculosius, ex æmulatione virium in bellum ruebant, & uno Græciæ corpore in duos hostiles exercitus diviso, ab externis Persarum bellis in sua viscera sævientes, totque tumultibus concussi, fracti, tantumque non ad incitas redacti, de remedio anxie solliciti erant, quò non solum Atheniensium Civitas per multa membra dissipata, sed omnis etiam Græcia turbata tot partium studiis, omnibusque sumptibus exhausta, in unum corpus coalescere posset: ad firmandam concordiam belli que extinguenda incendia nihil commodius, salutaris nihil judicarunt, quàm si oblivio omnium ante actorum auctoritate Legis sancita, jurejurando confirmaretur, quæ αὐνησία seu Lex Oblivionis Athenis dicebatur. Cujus itaque Auctores Athenienses extitisse constat, eosque inter, Thrasibulum, virum, cui nemo fide, constantia animique magnitudine præfertur effato Nepotis c. 1. in Thras. conf. c. 3. & Val. Max. 4. 1. Equidem Muretus Var. Lect. libr. 2. cap. 15. Ciceronem scribit non tam respexisse vocabulum αὐνησίας, quàm αὐνηστικῶν, provocans ad testimonium Xenephontis, libr. 2. Græc. rer. sine. Sed res eodem recidet. Hinc Dominus Ablancourt Verba Xeneph. ita vertit: *es l' on publia l' Amnestie, qui dure encore à présent.* Proinde Athenienses ista αὐνησίας lege caverunt, ut non solum in ante-acta nemo inquirat, omni

omni nocendi ac ulciscendi studio posito, sed nemo etiam non eadem ex animo deleat, missa faciat, neque ore neque pectore fo-
veat, ac si nunquam admissa fuissent, ita ut sit oblivio & abo-
litio plenaria æternumque duratura, quam sacramenti religio-
ne firmare consueverant. Quam & in Regno suo confirmavit

Carolus IX. Rex Gallia anno 1568: *Edicimus &c. omnes injurias atque offensio-
nes superiores, quas temporis iniquitas & occasiones ex ea nata inter cives nostros pepererunt:
omnia mala præterita, quæ ex superioribus motibus ac tumultibus manarunt, funditus extinguere,
eorumque memoriam sempiterna oblivione deleri atque obrui, ut proinde sint, quasi omnino nun-
quam evenissent, &c.*

Quod autem solennitatem jurisjurandi ab Andocida
in Orat. de Mysteris notatam, attinet, primum jurabant omnes cives, de-
inde Senatus, & denique Judices: *ὃ μνησικακήσω, ἔδὲ ἄλλο πείσομαι: Ψη-
φισμαὶ δὲ κατὰ τὰς κειμένους νόμους, i.e. non retinebo memoriam rerum male gestarum, neque*

aliter mihi persuadebo, quod minus judicem juxta leges latas. Finis & Fructus hujus
Legis erat Pacis, benevolentia, amicitia, ac concordia con-
ciliatio, sopitis positisque omnibus offensis, dissidiis, odiis at-
que inimicitiis: nam civilis belli oblivio, defensio est, ait P. Sy-
rus v. 122. quod consilii dedit Olympiadi Eumenes: *sin aliqua cupi-
ditate raperetur in Macedonia omnium injuriarum oblivisceretur, & Tacitus libr. 4.
Histor. Cap. 44, proximo Senatu inchoante Cesare de abolendo dolore & priorum temporum
necessitatibus.*

Perpetua monumentum memoriae Potentissimis Terrarum Do-
minis exactura Studiis addicta juvenus nostra, rectius καλλίστην, in-
quit, ἐν παιδείας πύλαι: pulcherrimum, quod ex informatione habemus, verbum est ἀει μνησ-
αυαθῆσαι semper bene actorum meminisse. Quod si enim virtutes & res à Serenif-
simis Saxoniae Ducibus præclarissime gestas, æquissima animi lan-
ce perpendas, tantum abest, ut legem oblivionis fanciamus, ut
potius è contrario illud μίμνησο seu memento nobis dictum putemus: si-
quidem tota Europam non reperimus illustriorem domum, quæ
tot Sapientes, tot Constantes, tot Magnanimos Principes Duces-
que produxerit, plusve curæ operæque in propaganda ac con-
servanda orthodoxa Ecclesia nec non in Scholis fundandis ac do-
tandis consumserit, quam Domum Saxoniam. Præprimis ἀει-
μνησία præter cæteras Virtutes in memoriam nobis revocat tantas
illas res, quas Serenissimus Elector Saxoniae JOHANN GEORG.
IV. gloriosissimæ memoriae, pace belloque pro libertate patriæ,
sempiterna cum laude gessit. Quam præclaris, quam raris præ-
fulget Virtutibus novus Pater Patriæ, Serenissimus ac Potentissimus
Elector noster **FRIDERICUS AUGUSTUS?**
O ante leves ergo pascentur in æthere cervi, quam nostro illo-
rum

rum labatur pectore vultus. Cujus rei memores, exesse jussâ Le-
ge ^{juvntias, ajuvntias} contra monumentum tantis Heroibus exigere
jus & fas duximus. Quæ provincia nonnullis optimæ spei atq; In-
Indolis Adoleſcetibus demandata est. Hinc (1) JOHANN GEORG.
Wunderlich / Elſnicenſis Miſnicus, repræſentatò amœniſſimi veris,
qvo Sereniſſimus Elector ætate florentiſſima deceſſit, tempore, tem-
pori inſerviturus florum tum amœnitatem, tum ſalubritatem,
tum fugacitatem in ſcenam producit, idq;ve ſingulis partibus ap-
plicando, beatiſſimè defunctum componit Flori, cujus præma-
turam jacturam acerbiffime dolet affectuq;ve vehementi exagger-
rat (2) CASPAR. HEINRICUS MITIUS, Gröbzigienſ. Saxo, carmine
præprimis Germanico, ſcil. non tam Florem Saxonicum, quam i-
pſum cum flore florentiſſimo ver florentiſſimum decidiſſe: ex
verbis Periclis (apud Thucydidem) qvi flori juvenum, in prælio
pro patriæ ſalute cadentium, ſermonem funebrem habiturus ita
qveſtus dicitur: *Vër ex anno ſublaturm eſt*, cujus inconstantiam Ipſe ad bea-
tas ſedes translatus Elector approbat, qvem ſtylo Germanico lo-
qventem introducit (3) JOHANN. CASPAR. **Schulze** / Torgenſis. ſcil.
caduca & terrena aſpernantem, Cœleſtia prædicantem, actiſq;ve
Sereniſſimæ Matri ac Conjugi &c. gratiis unâ cum VALE, Cle-
mentiſſimo Fratri ſalutem Patriæ commendantem. Hinc, audi-
ta, quam dicunt, Aria doloris pleniſſima, (4) JACOBUS **Söpffer** /
Spandoviienſis Marchicus, habet Parentationem, in cujus prima
parte Encomia Beatiſſimi à ſtirpe Regum magnorumq;ve Ducum,
it. à Virtutibus &c. profert, breviter tactis reliq;vis Parentationis
partibus. quas Orationi, ut varietas delectet, germanicæ prolixius
includit (5) **Christian Gottlieb Beiche** / Dameniſis Saxo, ultimâ par-
te in vota & preces pro felici regimine Novi Patris patriæ mutatâ.
Qvapropter, orto poſt Nubila Phœbo ſolisq; radiis ſpiſſas tene-
bras penetrantibus tempeſtatesq; amœnitatem florum proſternen-
tes diſcutientibus, florumq; gratiam priſtino vigori reſtituentibus,
Sereniſſimum novum Electorem, Clementiæ ac Virtutum radios
latiſſimè ſpargentem, cum Sole poſt nubila reduce comparat (6) JO-
HANN. GODOFR. **Bauer** / Torgenſis. Hinc (7) JOHANN. PHILIPPUS
Döring / Torgenſis, per lemmata Gallica & Italica ſolem referentia
gratulatur tum Sereniſſimo Patriæ Soli, tum omnibus, Ipſius ſplen-
dore ac calore gavifiſis, de jucundiſſimo Succèſſionis ortu, ac fe-
liciſſimo regimine, annexiſis votis ſubditorum, ſceptrò tanti Princi-
pis gaudentium, qvorum Gaudia (8) GEORG. HEINRICUS BERGÈ-
RUS, Torgenſis, Carmine Germanico tandem exprimit & Actui,
ſubmodulante Arica, imponit

F I N E M.

78 M 437




TA → OL

kein Rest.

nur 51. Stk verwendet bisher

I

10/17



Ad
Αευνησία
MONUMENTUM
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

MINO
GEORGIO IV.

Clivia ac Montium, nec non
alia, S.R.I. Electori & Ar-
rschallo &c. &c.

ATISSIMÆQVE MEMORIÆ
O TORGENSI
i M. DC. XCIV.

exigendum

Nec non

ad

ATULATIONES

MA SUCCESSIONE

TRIS PATRIÆ

NTISSIMI QVE PRINCIPIS

DOMINI,

IDERICI
USTI,

ac Montium, ut & Angriæ & West-
Marfchalli, Burggravii Magdeburgensis,
chionis Misniæ, nec non utriusque
e Marca, Ravensburgo &
in Ravenstein, &c. &c.

MINI NOSTRI LONGE

ENTISSIMI,

PLARUM PATRONOS,

ATQVE AMICOS

est, observantia

invitat

REDUS Steinbrecher

ctor ibid.

RGÆ,

Typis JOHANNIS ZACHARIÆ HEMPI.

